

# EIN BLICK

IN DIE

# POLITIK KÖNIG SIGMUNDS

## GENE POLEN

IN BEZUG AUF DIE HUSSITENKRIEGE

(SEIT DEM KÄSMARKER FRIEDEN)

VON

D.<sup>r</sup>. A. LEWICKI.

324-687



31-2247

WIEN, 1886.

IN COMMISSION BEI CARL GEROLD'S SOHN  
BUCHHÄNDLER DER KAIS. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

Aus dem Archiv für österreichische Geschichte (Bd. LXVIII., II. Hälfte, S. 327) separat abgedru

Die Handschrift Nr. 2503 der Krakauer Universitätsbibliothek enthält unter Anderem ein Fragment einer *Ars dictandi* aus den Dreissiger Jahren des XV. Jahrhunderts mit einigen Briefen, die für die Hussitenkriege und namentlich über die Haltung König Sigmunds Polen gegenüber in Bezug auf dieselben ein nicht geringes Interesse bieten dürften. Es ist das ein papierener Octavband, in beschriebenes Pergament eingebunden, von moderner Hand einseitig paginirt, bestehend aus 218 Seiten oder 9 Heften, jedes ursprünglich zu 12 Blättern, wobei jedoch heute das 4. und 9. Heft nur 9 Blätter zählen. Der Schriftart und dem Inhalte nach zerfällt die Handschrift in drei Theile. Die ersten 4 Hefte (90 Seiten) bilden das Formelbuch und sind ausschliesslich von einer Hand (A) schwer leserlich geschrieben. Das 5. Heft mit zugebundenen 4 Blättchen (S. 91—122) ist ein ‚*Algorismus*‘, die übrigen enthalten einen *Computus Cirometralis*; beide letztere Theile stammen von zwei Händen A und B, enthalten Glossen und zugebundene Zusätze ebenfalls von beiden Händen. Hauptsächlich ist jedoch in der ganzen Handschrift die Hand A thätig. Das Formelbuch, das uns hier vorzugsweise angeht, hat nur wenige Musterstücke, und begreift hauptsächlich die theoretisch-praktische Anleitung, die aus einem allgemeinen und einem besonderen Theile besteht.

Der allgemeine theoretische Theil schliesst mit folgenden Worten (S. 41): ‚*Juxta igitur divisionem in principio huius surculi datam, post divisionem epistole restat ad dictamina procedere, a supremo gradu inchoando atque consequenter gradatim descendendo. Sit ergo primum dictamen a domino apostolico ad regem Romanorum, proponendo ei, qualiter contristatur de tribulacionibus christianis illatis per Hussitas, monendoque eum, ut ad hec faceret . . . et est hec.*‘ Und nun

folgt mit grösserer und etwas leserlicherer Schrift, wie alle die hier eingereihten Briefe, nachstehendes Schreiben Papst Martins V. (S. 41):

Nr. 1.

„Martinus episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Sigismundo Romanorum ac Ungarie regi semperque Augusto salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancte Romane ecclesie, quam inscrutabilis divine providencie altitudo universis dispositione incommutabili pretulit ecclesiis et tocius orbis precipuum optinere voluit magistratum, regimini presidentes, curis sollicitamur continuis et assidua meditatione urgemur, ut iuxta credite nobis dispensacionis officium subditorum comodis, in quorum prosperitate utique prosperamur et in defectibus deficimus, iugi, quanto nobis ex alto concessum fuerit, solitudinis studio intendamus. Tue igitur dileccioni per apostolica scripta declaramus, quod nostra paternalia viscera creberrime anxiantur, ferventissimas ex oculis nostris erumpentes lacrimas, dum fama lamentabili eiulacione repleta miringas nostras penetrat, qualiter perversitates secte Hussitice, ferocitate leonina armate, suis caninis dentibus vltibusque adulterinis oves christi laniant et infestant opidaque earum et civitates incinerando et in favillam rediendo virginesque unacum viduis et maritatis dehonestare non sinentes,<sup>1</sup> orphanos vero et pupillos suis venenosis lingwis inficiunt et intoxicant et quod plus est, quod rationem multifarie multisque videtur perturbare modis sensumque confundere et ebetare, nam incontaminatam agni sponsam, quantum in eis foret, mallent denigrare, ut ex fraccione ecclesiarum liquide appareat et corporis dominici in terram proieccionem (sic) aliisque pravitatibus propalantibus. Miramar tamen stupefacti et sepissima cogitacione revolvimus, cum tu ex alto potestatibus sublimioribus huius mundinalis machine sis preditus et omnia tibi obediunt, qualiter vales hec tollerare et sine meroris et anxietatis sarcina audire, cum christianus sis. Requiritur igitur te filialiter, mandatum apostolicum annectendo, quatenus studeas qualiter quibusve modis

---

<sup>1</sup> In der Handschrift: sinantes. Die Verwechslung von a und e ist in der Handschrift sehr gewöhnlich, weshalb ich es auch nicht besonders anmerken werde.

dictas ipsorum vel ipsarum temeritatem coercere aliosque<sup>1</sup> fideles in subsidium per mandatum tuum compellendo (sic), si suspicionis nodum evadere anhelas.'

Unmittelbar nach diesem Schreiben folgt (S. 42) die Antwort des Königs, eingeleitet mit den Worten: 'Sequitur responsio eiusdem, scilicet de rege Romanorum ad dominum apostolicum, in quo (sic) excusat se, qualiter non potuit hereticas pravitates extirpare propter bellum nuperrime peractum cum Turcis.'

## Nr. 2.

,Sanctissimo in Christo patri ac domino domino Martino, sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici. Sigismundus Dei gracia Romanorum ac Ungarie rex semperque Augustus sincera obediencia cum devocionis osculo beatis pedibus impresso iugiter antemissis. Ex quo divine maiestatis sapiencia se solam cordium rimacionem voluit fore secretorum et ab aliis hoc esse alienum, propter quod multa et varia ab hominibus iniquissima et perversissima censentur, quorum si occulta et cause ignote ad lucem venirent, forsitan ab eis iustissima et optima iudicarentur: hinc est, pater beatissime, quod vestram desidero sanctitatem non latere me multum per scripta apostolica fore turbatum, ita ut cogitatus mei existant dissipati, torquentes cor meum, cum ille scit, cui omnia palam sunt secreta, me totis meis conatibus et viribus pro nephandorum hereticorum extirpacione laborare, ita ut sepissime noctes consumo insompnes in excogitando modo meliori. Sed proch dolor, heu! cum non inveni, sed magis merores et anxietates; tum, quia infideles Turci ad instar Filistinorum nuperrime, videlicet in die Corporis Christi, magnam mihi militum fidelium comitivam prostraverunt, ita, ut meliores morti nudo ense tradiderunt, aliosque in Danubio submerserunt, reliquos vero secum ad infidelitatem duxerunt; tum, quia parte ex altera perversi Hussite terram Ungarie hostiliter intraverunt, multa dampna inferendo et undiquaque me tantum crebrarunt se, quod mihi iam diem verterunt in noctem, vitam in mortem, solacium in merorem, risum in luctum et iam wltu in humo mesticia sum depressus. Quapropter, pater sanctissime, ad aures sanctissime

<sup>1</sup> In der Handschrift: aliusque.